

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **De Poenitentia [et] confessione Secreta semper in Ecclesia Dei obseruata, Contra Lutherum**

**Eck, Johannes**

**[Straßburg], [1522]**


**VD16 E 409**

[urn:nbn:de:bsz:31-290990](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290990)




De penitentia & confessione	fo 1	Erasmus
Janus in Angulopar. disputat.	fo 29	
Gregorio de Sacerdotibus	fo 44	
Defensio Canonis cont. Pinguin	fo 48	Emser
Lutherus cont. Corleum	fo 80	
Corleus cont. Lutherum	fo 85	
De petre & thoma	fo 100	Corleus
Wasselinus de eucharistia et missa	fo 164	
Ob der glaub allain selig mach	fo 200	Dietenberger
De corrigendis Christi eccle. Erroribus	fo 218	Dietus

D 42 A 1155 RH





*Sum ex libri Monasterij D. Ettonij  
prope S. Landelinus in Briggia. 1542  
ms*



DE POENITEN

tia & confessione Secreta  
semper in Ecclesia dei  
obseruata, Contra  
Lutherum,  
libri duo.

IOANNE ECKIO  
autore.

Primitiue Ecclesie ac Patrum  
obseruantias inuenies hic  
candide Lector &  
letaberis.



*Inm in...  
Et in primis...*

## BEATISSIMO PATRI ET DO

mino. D. Adriano. VI. Pont. Max. Ioan. Eckius,  
Humilem ad pedes commendationem,



Robi ac ex alle formati artifices, Ponti. Maxi. qui corporum formas æmulant, ante omnia capitum modum effigiant, nec in alia membra prius lineas destinant, quam arcem figurarum consummata habitudie absoluerint. Ita ego Adriane Apostolici culminis præsidens, contra hæreses Lutheranas, omnium antiquorum hereticorum perfidiam ac impietatē, superantes, scripturus, primum a capite exorsus sum, hoc est ab Ecclesiæ & summi Pontificis autoritate, nam hoc euicto & triumphato, ruituræ erant oēs peruersi hominis aduersus fidem Catholicam machinæ. Porro cum sacramentū poenitentiae unicum sit peccantium refugium ac medicina. Confessio ipsa, neruus sit totius Christianæ disciplinæ. Videbar ex re catholicorū facere, si errata, impietates, ac hæreses Lutheri ac Oecolampadii, gladio spiritus, quod est uerbum dei, refecarem. Pristino candori, contra hæreticorum fecem, confessionē restituerem. Curauimus autem obnoxius, ut neglectis recentioribus ac neohereticis quauis magnæ ducam eos esse auctoritatis ecclesiæ doctoribus, uestigia ueteris moneræ ab ecclesia receptæ sequeremur, oia ex fonte haufimus sacrarum literarum, & receptissimis ecclesiæ scriptoribus. Quid enim proprium nostrum esse poterit, cum nihil omiserit antiquitatis diligentia intactum, nihil quod ab ecclesiæ patribus non sit uentilatum, & excussum. Vtile tamen iudicauī, hoc nostri seculi hominibus præscribere, cum temere negent Lutherani, antiquitus receptam fuisse confessionem. Cum autem in Republica Christiana, peccatis nostris exigentibus, omnia permisceantur, turbentur, ac tumultuent. Foris enī instat atrocissimus hostis Turcha, Christiani sanguinis sicentissimus. Interius uero, præter plebeiorum furorem, ac Principum Christianorum grauissima bella, execrabilibus erroribus, ac perniciosissimis implicatur hæresibus. In tantis ecclesiæ afflictatē calamitatibus, maximam de te concitasti expectationem, qui Reipublicæ Christianæ succurrere uelis & possis. Nobis hoc pollicetur, rerū Theologicarum rara & sublimis eruditio, cana prudentia, morum candor inculpatissimus, ac ante actæ uitæ incredibilis integritas. D. O. M. gratia sua ac adiutorio te & ecclesiam suam, non destituat. Sed hunc in te animum pacandæ Christianitatis, cum bona corporis ua

letudine, augeat, promoueat, ac diutissime conseruet. Ego autem hu-  
ius libri examen potissimum amplitudini tuæ subiicere uolui,  
quod industria tua promptius præstabit suffragium, si be-  
ne scripsi, & benignitas, faciliorem spondebit ueni-  
am, si erraui, ne pluribus epistola oneretur, me  
sanctitati tuæ commendo. Ex Ingolstat  
Bauariæ Idi. Nouemb. Anno Gra-  
tiæ. M. XXII.

A ij



# IN NOMINE

TVO DVLICIS IESV.

## PROLOQVVM CAPVT I.



Vm singula sacramēta in Christo Iesu, & summe sint uenerāda & ad prime utilia, non tñ in simū inter ea sortit̃ locum pñia. post baptisimū maxie necessaria, ijs qui de uoto puritatis candidam uestem amiserunt, nullū enim aliud est sacramētū, quod plures animas ex orco liberet, & ad æternæ beatitudinis sedes euehat, ac ipsa pœnitentia. Nam res est pœnitentia tam salutaris atq; frugifera, ut eius cōmoditates facile oratione explicari nō possint, uelut oīs autoritas clamat, inquit Augustinus, & oīs bonorū uita conatur ostēdere. Quomodo enī nō optima res esset pœnitētia, eodē astipulante, quē defectus reuocat ad perfectum hoīem redire facit de morte ad uitā, & remissionem peccatorū impetrat in hoc seculo, quē ualeat in futuro. Quæ iratū potens est placare iudicem, ut sacra scriptura testatur. Si clausero cœlum, ait deus, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ, ut deuoret terrā, & misero pestilētiā in populū meum. Conuersus autem populus meus, sup quos inuocatū est nomen meū, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciē meā, & egerit pœnitentiā a uijs suis pessimis. Ego exaudiā e cœlo. At q̃ præstabilis res est pœnitētia, Si q̃ ea recte utatur, tā perniciosus est error, qui eā lacerat & discerpit. Ob hanc rē sancti patres non parū sudarūt ad hēresim Nouatiani extirpandā, qui primū schisma in ecclesia dei suscitauit, quod Fabiano Romano Ponti, martyrij aureolā adepto hic impie se ingessit aduersus S. Corneliū Papam electū, ut pluribus hęc res agitur a sancto Cypriano in eplis. Et ut nouū foueret schisma, nouū quoq; inuexit errorem, Relapsis in peccatū post baptisma, pœnitentiā negans occasione ex uerbis Apostoli male intellectis accepta, dum ad Hebræos inquit, Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerūt etiā donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti. Gustauerunt nihilominus bonū dei uerbū, uirtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiā, rursus crucifigentes sibi metipfos filium dei & ostentui habētes, at hęc impietas per sanctū Cyprianū, sanctū Ambrosiū, sanctū Augustinum, & Romanos pontifices con-

festim fuit extincta. Eo tamen errore uidetur fuisse infectus Iottinianus, quoniam illius fuit sententiæ Hieronymo referente, ut qui spiritu baptizati essent, tentari a diabolo non possent, quam hæresim Hieronymus sacræ scripturæ testimonijs grauius reijcit. Surrexerunt alijs temporibus alij errores, ecclesiasticis patribus semper strenue ueritatē defendentibus. Nouissime ab aquilone unde pandet omne malū, uenit lerna illa malorū Luther, oia inuertens mutās & destruēs, quicquid est religionis, quicquid est fidei, morū, honestatis, uel Ecclesiasticæ traditionis. Hic cū aliqua sacramēta oīno extra ordinem religauerit, alia sic manca, mutila, & imperfecta reddidit, ut si firma eius debeat esse sententiā, actū sit iam de ecclesia dei, tantis sacramentorū orbata & destituta præsidijs. Quam eius pestilentissimā hæresim cōtra singula ecclesiæ sacramēta, serenissimus Angliæ rex & Franciæ Henricus huius nominis. VIII. fidei protector, & dito libro explosit robustissime. Multis autē incōmodis Luther sacramētū pœnitentię affectit, & confessionē secretā, quā uerborū nouatores auricularē & clancularē nūcupare cœperūt, ignotā patribus & ecclesię primitiuæ ac martyrum fuisse cōtendit, & liberā eam esse, non præceptā, in quā sententiā insigne quoque furit Oecolampadius, & Urbanus Rieger simili ducit perfidiā. Tantæ autē iniquitati, tot erroribus, quis fidelium negabit, celerrime fore occurrendū, cū male plantatū (ut Orosius ad Augustinum inquit) adeo inualuerit, ut etiā aliquibus locis præualuerit, multis millibus hoīm confessionē in sacro paschæ festo omittentibus. Ad deuellendas itaque hæreses & imposturas Lutheri ac Oecolampadij, conabimur ex sacris literis, ex cōcilijs & patribus ostendere semper fuisse in ecclesia dei post Euangeliū promulgatū, confessionē, quæ oia receptissimis firmabimus historijs, ut nullus fidelis Ecclesiæ catholicæ filius, deinceps uacillet, quin sacramēti pœnitentię dispensatio, sicut modo fit peccatore secreto cōfitente, & sacerdote absolvente. Ita a columnis ecclesiæ, sanctis apostolis sit tradita, & autoritate Christi præcepta. Duo tamē hic præfabor, primū nolle me figere pedem in solenni pœnitentiā, nisi quatenus diuersarij eam priuatę miscuerint. Alterum est nihil hic a me asseri, sacræ scripturæ aut ecclesiæ aduersum, sed tantum dixisse uolui, quantum a sede Petri, & Adriano. VI. in ea sedente fuerit approbatū, & quæ iudicauerit expungenda, iam expuncta uolo.

DIVISIO PŒNITENTIÆ.  
& primo de pœnitentiā solenni.

CAPITVLVM II.

A. iij.

**P**raeter poenitentiam interiorē, quae cōstitutio incepta nominari, ue-  
teres etiam detritio nō nominarūt, Esaiam imitati, asserit a catho-  
licis poenitentia exterior, ad quā confessio delictorum necessaria  
est, de qua hic praecipua nobis cura est. Vnde altius nos ordiri opor-  
tet, & omnem poenitentiae materiam hic excutere, q̄d uarios usus eccl̄ae  
ignorātes, plurimū hic hallucinēt. Vt autē significatius ac distincti-  
us omnia in mediū proferamus operā precii fuerit uarios illos mo-  
dos poenitentiae secernere atq; seiungere, quo sanctorū conciliorū atq;  
patrū sententiae rectius intelligant. Sanctorū enī excutienti libros mox  
in praxi eccl̄ae triplex occurrit poenitentia, solennis, publica, & pri-  
uata. Solennis poenitentia est, quae ab Episcopo, aut eius speciali man-  
dato alicui imponit propter enorme & uulgatissimū crimen, urbem  
aut multitudinē cōmouens. Imponit itaq; haec prima pro grauiori-  
bus, horrendis ac manifestis peccatis, & extra eccl̄iam in cinere &  
cilicio publice peragit. Modus huius poenitentiae in Agathensi expli-  
catur concilio capite. ii. in capite quadragesimae, oēs poenitētes qui  
publicam suscipiūt aut susceperint poenitentiam, ante fores eccl̄ae se  
representēt Episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, uultibus  
in terrā prostratis, reos se esse, ipso habitu & uultu proclamātes. Ibi  
adesse debēt decani, id est, archipresbyteri parochiarum, presbyteri  
poenitentiu, qui corū conuersionē inspiciere diligenter debēt, & se-  
cundū modū culpae poenitentiam per praefixos gradus iniungāt. Post  
haec eos in eccl̄iam introducat, & cū omni clero septē poenitentiae Psal-  
mos in terrā prostratus cū lachrymis pro eorū absolutione decāter.  
Postea surgens ab oratione, iuxta quod canones iubēt, eis manus im-  
ponat, aquā benedictā super eos spargat, cinerē prius mittat, deinde  
cilicio capita eorū operiat, & cū gemitu & crebris suspirijs denunci-  
et eis, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita & ipsi pro pec-  
catis ab eccl̄ia abijciunt, post haec iubeat ministris, ut eos extra ianuas  
eccl̄ae expellāt. Clerus uero prosequat eos cū Responsorio. In sudo-  
re uultus tui uesceris pane &c. ut uidentes sanctam eccl̄iam p facinori-  
bus suis tremefactā atq; cōmotā, non parui pendāt poenitentiam, in sa-  
era autē dñi cœna rursus ab eorū decanis & eorū presbyteris, eccl̄ie  
liminibus p̄sentent. Scio q̄ Gratianus enarrat istum canonē concilij  
in decreto suo dis. l. a quo alicubi uariati hic lectionem, sed ego anti-  
quum exemplar scriptū concilij Agathen. secutus sum, in quo. lxxix.  
huius concilij continent capitula. Hanc poenitentiae formā singulis  
annis agebāt, q̄ diu in poenitentiu numero cōtinebant ut ex epistola  
Nicolai papae ad Frontariū Archiepiscopū Burdegallē. liquet. Nā  
in aliquibus sceleribus non admittebant ad cōmunionis sacramen-  
torum gratiā ante trienuiū, sicut in praefata epistola liquet, & ea quā

scripsit Radulpho Episcopo Argentoratenſi. ſuper matrīcida. Et com-  
pletis annis pœnitentię, tunc reconciliabanti ſolemniter p̄ episcopū ec-  
cleſię catholice, quia alteri ſacerdoti non licebat reconciliare pœnitē-  
tes ſicut a Carthaginēſi conſtitutū eſt cōcilio, Fortunato Ep̄o ſug-  
gerente, & fuit conciliū ſecundū Carthaginēſe capi. II. Niſi pœnitens  
uiſſet in periculo cōſtitutus, ut mortis, ut Aurelio ſuggerēte in. 3. ca.  
eiusdē concilij deciſum fuit, licet uarietas criminū etiā uarietate expo-  
ſtularit pœnitentiariū, qui originalibus caruerit, legat Gratianū. 12. q.  
2. de uiro, & 33. q. 2. latorem, ubi Nicolai decreta recitanſ. Hęc ſo-  
lennis pœnitentiā multorū charitate, in eccleſia ſenefcente, frigeſcente  
exuſa eccleſiæ ablata eſt, laicis tantū onus oīno non tolerantibus, li-  
cet prius deſierit illa ſolemnis pœnitentiā in eccleſia Conſtātinopolita-  
na, q̄ Romana. Ita & meminit Zoſomenus in tripartita hiftoria lib.  
9. ſi exactius penſetur, & ſimul modū exprimit huiusmodi pœniten-  
tię in occidētalibus eccleſiis, & maxime apud urbem Romam ſerua-  
ri ſolitū, ubi & certus ſit pœnitentiū locus, inquit autē ſic. Stāntes autē  
rei, & uelut in lamētationibus conſtituti, dum ſacra celebratio fuerit  
adimpleta, illi cōmunionē nō præcipiētes, cū gemitu & lamētatione  
ſeipſos in terra proſternūt. Ad quos cōcurrēns Ep̄us, & ipſe cum la-  
chrymis gemitu ſpiritali proſternit, & oīs eccleſiæ plebs ſletibus in-  
undatur. Poſt hoc autē prior ſurgit Episcopus, & eleuat iacētes a ter-  
ra, tunc cōpetenter pro pœnitētibus facta oratione dimittit oēs. At  
illi afflictionibus ſp̄te uacātes, & aut ieiuniis, aut abſtinentiā lauacri,  
aut ſuſpēſione ciborū, aut rebus alijs quę iubent, expectant cōmune  
tēpus quod decreuit Episcopus. Cōſtituto uero tēpore uelut quod-  
dam debitū exoluentes, afflictione peccatorū curati, cū populo com-  
munionē participant. Congruit illud quod de Episcopo dicit, Aga-  
thenſi concilio, ſimiliter & de presbyteris pœnitentiū. In quorū uicē  
charitate Chriſti deficiente iam & declinante, multo mitiorē pœnitē-  
tiam clerus cogitur, etiā ſcleratiſſimis exhibere. Umbrā autē huius  
pœnitentię adhuc ſeruari in eccleſia, teſtificabūtur hi qui tēpore cō-  
næ dñi in eccleſiis cathedralibus fuerūt, expendētes quīs ritus tunc  
pœnitentiū obſeruet. Sicut hodie pœnitentiarij Papę, pœnitentiarij Epi-  
ſcoporū, perſonā gerūt p̄sbiterorū pœnitentiū antiquus in eccleſia cō-  
ſtitutorū, niſi qd̄ ex mandato Episcopi recōciliationē met impendūt.  
Ep̄is circa dignitatē & utilitatē eccleſię in rebus prophanis, pluſq̄ cir-  
ca animas pœnitentiū occupatis. Præſtat tamē huius ſolēnis p̄nig.  
ſimulachrū referre, quod hodie extat, ueteri inſtituto, in Halberſtatē-  
ſi eccleſia in Saxonibus. Illud autē eſt huiusmodi, Pio. 2. Pontifice in  
Europa enarrante. In hoc tēplo (Halberſtatēſi intellige) ſingulis an-  
nis, unus ex populo deligitur, quē peccatis grauioribus in quatuor pu-

tant, hūc ueste lugubri induit, & obuoluto capite pria ieiunij die ad templū ducit. Indeque peractis diuinis officijs eijciunt. Is quadraginta diebus nudis pedibus pambulat urbē, & ex des sacras circuit, neque ingredit, neque quenque alloquit. Inuitatus a canonicis p uices, quod apponitur comedit. Somnus ei post mediū noctis in plateis permittit, die Iouis sancta post consecrationē olei, rursum ad tēplū introducit, & oratione facta a peccatis absoluitur, pecuniasque ei populus offert, quæ tamen tēplo dimittitur, hūc Adam uocāt, & post hoc ab omni crimine liberū putant. Hæc Pius. Expende lector antiquū ecclesiæ morem in hoc Adamo obseruari, qui extra ecclesiā eiectus, in cœnā domini ad ecclesiam restituitur, hoc antiquitus obseruatū, & Innocētius Papa. I. monstrat esse Romanę ecclesiæ consuetudinem.

Innocen.  
Sother.

Solennis pœnitentia non reiterabatur, licet lapsus ad pœnitentiæ sacramentum admitteretur. C A. III.

Solēnis pœnitentia semel fit.

**C**um autem insequentibus sæpius nobis occurrant sanctorū patrum de pœnitentia solenni sententiæ discutiendæ. Vt si nobis plurimū erit, de ea prolixius disserere etiam si iam in dissuetudinem abierit, quo certius lector dicēda omnia intelligat. Et in primis hoc peculiare fuit pœnitentiæ solenni, quod non reiterabat, hoc sanctorū patrū liquet testimonijs, & ratione non uacat. Nam ita inquit Origenes Homelia. 15. super Leuitico. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, non in blasphemia fidei, sed uel in sermonibus, uel in morū uicio consistat, hoc est, uendidisse domum quæ in agro est, uel in uico cui murus non est. Hæc ergo uenditio huiusmodi culpa semper reparari potest, nec aliquando interdicitur tibi de huiusmodi commissis pœnitentiæ gerere. In grauioribus enim criminibus semel tantū, uel raro pœnitentiæ cōcedit locus, ista uero cōmunia, quæ frequēter incurrimus, semper pœnitentiā recipiunt, & sine intermissione redimuntur, non enim hic Origenes insanū Mōtani & Nouati asserit dogma negantiū pœnitentiā reiterari posse, sed solēne non uult reiterari. Et hic per cōmunia intelligit peccata uenialia & mortalia non enormia. Similis est intelligentia uerborum Augustini in secunda epistola ad Macedoniū, & est. LIII. in ordine. In tantū autē hominū aliquādo iniquitas progreditur, ut etiam post actam pœnitentiā, post altaris recōciliationē, uel similia uel maiora cōmittit, & infra. Et quāuis eis in ecclesia locus simillimę pœnitentiæ non concedat, deus tamē super eos patientiæ suæ non obliuiscitur. Et infra. Quāuis ergo cantante salubriterque preuisum sit, ut locus istius humillimę pœnitentiæ, semel in ecclia concedat, ne medicina utilis minus, utilis esset ærotis, quæ tanto magis salubris est, quāto mi-

Origenes.

Augustinus

nus contemptibilis fuerit, quis tamē audeat dicere deo, quare huic ho-  
mini, qui post primā pœnitentiā rursus se laqueis iniquitatis obstrin-  
git, adhuc iterū parcis? Quis audeat dicere erga istos nō agi, qđ Apo-  
stolus ait, Ignoras quia paciētia dei ad pœnitentiā te adducit. Et hic  
quoq; liquet semel duntaxat fuisse locum pœnitētię in ecclesia, qđ de  
solēni intelligendū est, alioquin Montani & Nouati accederet impie-  
tati. Renarrant hęc uerba & Petrus Longobardus & Gratianus. & Lōgo bard  
hic quidē repetitis uicibus. l. dif. & de pœni. dif. 3. Et causam qđq; assi-  
gnat hic Augustinus, cur nō reiteret, ne. s. uilescat. Sic & brūs Am-  
brosius li. 2. de pœnitētia cap. 10. inquit. Merito reprehendunt, qui se-  
pius agendā pœnitentiā putāt, quia luxuriant in Chřo. Nam si uere  
agerēt pœnitentiā, iterandā postea non putarēt, quia sicut unum ba-  
ptisma, ita una pnia, quæ tantū publice agit. Nam quotidiani nos de-  
bet pœnitere peccati, sed hęc delictorū leuiorū. Illa grauiorū. Et se qñ  
ti cap. de pnia inquit. Quę si semel fuerit usurpata nec iure celebrata,  
nec prioris obtinet fructū, & usum aufert posterioris, liquet ex S. pa-  
tre hic apertissime, quomodo duplicē asserat pœnitentiā unā publi-  
cam, quā negat reiterandā, quæ grauiorū fit delictorū: alterā secre-  
tam, leuiorū delictorū. Ratio autē cur sancti patres noluerūt illam  
solennē pœnitentiā reiterari, iam fuit reddita p. Augustinū, ne medi-  
cina ex sui reiteratione uilesceret. Et qđ huiusmodi pœnitēs eiiciebat  
extra eccliam. Sicut Adam eiectus fuit extra paradysum terrestre, ut  
Responforiū meminit superius citatū. Modo primi parētes semel dū  
taxat expulsi sunt de paradiso, unde durante huiusmodi pœnitentiā  
nūq; toto anno ingrediebant ecclesiā, nisi a cœna dñi usq; ad octauas  
paschæ, monitus sit itaq; studiosus lector, ut sanctos patres de solen-  
ni pœnitētia intellexisse uerba illa aduertat. Et nullo pacto Montano  
& Nouato consensisse, cū oēs catholici in hanc cōcedāt sententiā, qđ  
cū quotidiana sit offēnsio, etiā quotidiana sit remissio. Ideo septies  
in die resurgit iustus. Et Petro saluator dixit, ut nō modo septies, sed  
septuagesies septies, fratri suo pētm dimitteret. Hoc tamē prioribus  
addendū, in aliquibus ecclesiis reiteratā fuisse pœnitentiā solennē, qđ  
Gratianus inquit in ca. Nihil prodest, de pœni. dif. 3. Et illud qđq; ad-  
dendū. Cū mos fuerit ecclesiarū nō reiterari pniām solennē. Neminē  
ex hoc suspicari, tam immitē fuisse nouercā primitiuā ecclesiā, qđ fi-  
lio quantūuis criminoso, redeūti gremiū misericordiæ nō apiret, qđ  
ante ultima suspiria alicui salutis uia p̄cluderet. Nam ex Augusti-  
no colligit, quod apud Macedoniū intercesserat pro lapsis post solē-  
nem pniām, quos uoluit in chaos desperationis p̄cipitari. Nam ita  
pulchre inducit lapsum post pœnitentiā solennē, causam suā corā ca-  
tholicis Episcopis agentē, Aut date mihi eandē iterū pœnitēdi locū.

Roma. 2.

Lōgo bard  
Gratianus. i.  
Ambrosius

Solēnis pœ-  
nitentia non  
reiteratur.

Proverb. 24.  
Matthæi. 15.

Gratianus.

Augusti.

B

Aut desperatū me permitte, ut faciā quicquid libuerit, quantū meis opibus adiuuor, & humanis legibus non prohibeor, in scortis oīq; luxuria. Aut si me ab hac nequicia reuocatis dicite utrū mihi aliquid proficit ad uitā futurā. Si in ista uita, illecebrofissimę uoluptatis blandimenta cōtempsero. Si libidinū incitāmētā frenauero. Si ad castigādum corpus meū, multa mihi etiā licita & cōcessa subtraxero. Si me pœnitendo uehemētius q̄ prius excruciauero. Si miserabilius ingemuerō, si fleuero uberius, si melius uiuero &c. quis nostrū ita despicit, ut dicat huic hominī. Nihil tibi ista proderunt in posterū. Vade saltē huius uitę suauitate p̄fruere, auertat deus tam immanē sacrilegāq; dementiā. Hic habet q̄d dixi, quod et̄ in ecclīa p̄uisum olim fuerit, ut semel locus darē pœnitentię solēni tamē excidēti ab eadē, ecclīa nō denegauit pœnitentię sacramentū, ut hic ex Augustino liquet. Non tamen potui inuenire, quo pacto is ab ecclīa tūc recipiebāt. Si illa solennitas pœnitentię nō obseruabatur. Nam ex pluribus canonibus cōcilij Carthagineñ. liquet celebrē fuisse pœnitentiū receptionē p̄ impositionē manū, nā ita legit̄ ca. 23. cōcilij tertij. Vt presbyter incōsulto Episcopo nō recōciliat pœnitentē, nisi absente Ep̄o necessitate cogente. Cuiuscūq; pœnitētis publicū & uulgarissimū est crimē, q̄d uniuersalem urbem cōmouerit, ante ap̄sida manus imponat̄ ei, & v̄d̄ arbitror fuisse testudinē in introitu ecclīę. Sic in quarto cōcilio Carthagineñ. canone. 75. decernit̄, presbyterū debere pœnitentē infirmū recōciliare per impositionē manus, & ori eius etiā phrenetico eucharistiā infundere. Et canone. 77. statuit̄, pœnitentē infirmū, etiā accepto eucharistię uiat̄ico, nō debere arbitrari se absolutū. Si superuixerit, sine manus impositione. Immo in canone. 3. sequenti, pręcipit̄ oībus diebus ieiunij, manus imponi pœnitētibus. Existimo autē fabiolā huiusmodi pœnitentia peccatū diluisse adulteriū, quod uicioso marito dimisso, eo uiuo, alteri adhæserat, de qua sic scribit Hieronymus in Ep̄taphio eius ad Oceanū. Quis hoc crederet, ut post mortē secūdi uiri, nō semel reuersa (q̄d t̄pe solēt uiduę negligētes, excusso seruitutis iugo agere se liberius, adire balneas, uolitare p̄ plateas, uultus circūferre meretricis) saccū indueret, ut errorē publice fateretur, & tota urbe spectāte Romana ante diē paschę in basilica quondā laterani (qui Cęsariano trūcatus est gladio) staret in ordine pœnitentiū, Ep̄o, presbyteris & omni populo collachrymantibus, sparsum crinē, ora lurida, & squalidas manus, sordida colla submitteret; q̄ peccata fletus iste nō purget, quas inueteratas maculas hęc lamēta nō ablūt; Et infra. Aperuit cūctis uulnus suū, & decolorē in corpore cicatricē, flens Romana cōspexit, dissuta habuit latera, nudū caput, os clausum. Nō est in gressū ecclīam domini, sed extra castra cū Maria forore Moysi separa

Carthagineñ.  
cōcilium.

C. is qu. 29.  
q. 6.

Hierony.

Lateroneñ.

ta cōfedit, ut quā sacerdos eiecerat, ipse retuocaret. Descendit de folio  
deliciarū suarū, accepit molā, fecit farinā, & discalcia: s pedibus trāsi  
uit fluente lachrymarū. Sedit sup carbones ignis. Hi ei fuerūt in adiu  
torū, faciē per quā secūdo uiro placuerat, uerberabat oderat gēmas,  
linreamina uidere nō poterat, ornāmēta fugiebat. Sic dolēbat, quasi  
adulteriū cōmississet, & multis impēdīs medicaminū, uulnus sanare  
cupiebat. Hæc Hieronymus de fabiōla, quā austeritatē pñig, si ad no  
stra cōferemus tpa, iudicare nos oportet. nec tantillū feruoris Ch̄ria  
ni esse in nobis, quod tamē Lusher penitus delere cupit cū suis, con  
fessionem delendo, & pœnitentiā adhuc largiorem faciendo.

An sacerdotibus & magnatibus solennis fuerit iniuncta  
pœnitentiā. CAPVT IIII.

**D**Vrante autem illa pœnitentiā, non ingrediebant, ut diximus,  
ecclesiam, nisi in cœna dñi usq; ad octauā paschæ. Et quia labe  
infamiæ aspergebat pœnitens. Ideo nulli clerico solennis im  
ponebatur pnia, ob status sacerdotalis dignitatē. Extat sup ea re ca.  
14. inter decreta Syricij Papæ. Illud quoq; par fuit nos prouidere, ut  
sicut pœnitentiā agere cuiq; non cōcedit clericorū. Ita post pœnitū  
dinē ac recōciliationē, nulli unq; laicorū, liceat honorē clericatus adi  
pisci quoniā quāuis sint oīm peccatorū contagione mūdati, nulla tñ  
gerendorū sacramentorū debent instrumēta accipere, qui dudū fue  
runt uasa uiciorū. Quod nō ita accipiendū est, q; clericus nō sit sacra  
menti pniæ capax, sed q; nō publice solennitas pœnitentiariorū, cum  
eis obseruabat. Quod postea expressius in Carthaginēsi cōcilio qui  
to sancitū est ca. 11. Item confirmatū est, si quādo presbyteri uel dia  
coni in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a misterio ne  
cesse sit remoueri ad tēpus, nō eis manus tanq; pœnitētibus uel tanq;  
fidelibus laicis imponat, liquet & sacerdotē non potuisse subire pub  
licam pœnitentiā solennē. Nec eum qui subierit, posse in clerum pro  
moueri. Quod intelligendū puto, nisi a ministerio suo perpetuo de  
ponat, quia clericus depositus sic quo ad pœnas laicis æquiparatur. Carthagin.  
Non tamē clericorū peccata propterea manserūt impunita, sed alio  
modo eis imposita est delictorū emenda, quo ecclesiæ satisfacerent.  
Meminit adhuc explicatius. Leo Papa in quodā canone, q; est mihi  
nonus inter decreta illius, & secūdus eorū quos scripsit ad rusticum Leo.  
Narbonē. Episcopū (facilius esset mihi citare Gratianū. l. dif. alienū,  
at uolo lectore nihil hæsitare de allegatis, ideo ut maiore apud eū ha  
beant fidem, quottam originalis adduco) Alienū est inquit, a consue  
tudinē eccl̄astica, ut qui presbyterali honore aut diaconi gradu fue  
rint consecrati, hi pro crimine aliquo per manus impositionē, reme  
B 3

Siricius.

Carthagin.  
concilium.

Leo.



Cyprianus.

dium accipiant poenitendi, quod utiq; ex Apostolica traditione descendit, secundu qd scriptu est. Sacerdos si peccauerit, qs orabit p illo: Vnde huiusmodi lapsis ad pmerenda misericordia dei, priuata est experenda secessio, ut illis si satis factio fuerit digna, fit etiã fructuosa. An aut tpe Martyrũ in solẽni pnia, etiã sit habita ratio sacerdotum, est satis ambiguũ, qd B. Cyprianus de solẽni poenitẽtia uideat loqui in epla ad Fidũ, ubi Therapius Episcopus uictori presbytero anteq; egisset plenã pniã, & anteq; satis fecisset deo, in quẽ deliquerat, prãpropere pacẽ dederat. Quod solẽnis fuerit ex sequẽtib; liquet, quoniã ægrefert Cyprianus, qd cõtra decreta, ante legitimũ tẽpus satisfactiois, & sine petitu & cõsciẽtia plebis, nulla infirmitate aut necessitate urgẽte, pacem ei cõcesserit, licet pacẽ semel datã, nõ putauerit auferenda, sed uictori traditã sibi cõmunicationẽ pmittenda.

Fortc cũ presbyteri primitus etiã solẽni pnia onerarent, postea auctoritate patrũ rigor ille sublatus est a presbyteris, sicut iam etiã in laicis desuit. Quoniã magna cõtigit uarietas in his canonibus poenitentiaris, cũ aliqui Episcopi erãt nimio rigore seueri. Alij insigni clemẽtia mites. Id quod ex epistolis Augustini et Cypriani passim intelligi potest, & legẽti antiqua poenitentiaria, sæpe occurrit. Et hanc canonũ uarietatẽ pulchre excusat S. Cyprianus in epla ad Antomarũ, quomodo nõ rũpat uinculũ unitatis ecclesiasticę. Verba elegantissimi martyris audiamus. Et quidã apud antecessores nostros quidã de Episcopis istinc in prouincia nostra dandã pacẽ moechis nõ putauerũt, & in totum poenitentię locũ cõtra adulteria clauserũt, nõ tamẽ ab Episcoporum suorũ collegio recesserũt, aut catholicę ecclesię unitatẽ, uel duriciã, uel censurã suę obstinatione ruperũt, ut quia apud alios adulteris pax dabat, qui nõ dabit de ecclesia separaret. Manente cõcordiã uinculo, & perseuerate catholicę ecclesię indiuiduo sacramẽto, ac rũ suum disponit & dirigit unusquisq; Episcopus, rationẽ propositi sui domino redditurus. Hęc Cyprianus. Porro sicut auctoritas patrum ob honorẽ sacerdotialis dignitatis noluit clerum pnia solennĩ grauare, ita a paritate rationis uolunt aliqui nec laicos dignitate fulgentes in cõtũ poenitentiũ fuisse publice redactos, id qd iuniores etiã testant Richardus & Bernhar. gloss. At qua auctoritate id faciant, ipsi uiderint. Hoc ego in Paulino lego de uita Ambrosii ad Augustinum, cum Theodosius qui fasces imperij tenebat ciuitatem Thessalonien. gladio percussisset, diuus Ambrosius ei copiam ingrediẽdi ecclesiã denegauit, nec prius dignũ iudicauit cõtũ ecclesię, uel sacramentorũ cõmunioni, quã publicã ageret pniã. Cui Imperator contra asserebat. Dauid adulteriũ simul & homicidiũ perpetrasse. Sed ei ilico responsum est, Qui secutus es errantẽ, sequere corrigenẽ, quod

Richardus.  
Bernardus.  
Paulinus.  
Ambrosius  
in Theodosio.

ubi auditus clementissimus Imperator, eo suscepit animo, ut publicam  
 penam non abhorreret. Maximū quoque Gratiani Imperatoris occiso  
 rem, pena illa oneravit, quā tñ ferre respuit, de quo sic inquit Paulinus.  
 Ipsum uero Maximū a cōmunionis consortio segregauit, admonēs  
 ut effusi sanguinis domini sui, & qđ est grauius innocētis, ageret pœ  
 nitentiā. Si sibi apud deū uellet esse consultū. Et de Theodosio scribit  
 Ambrosius in ep̄la ad eum. Offerre nō audeo sacrificiū, si uolueris as  
 sistere, an qđ in unius innocētis sanguine nō licet, in multorū licet: Nō  
 puto. Magna quoque fuit ciborū discretio apud pœnitētes, ut cano  
 nes pœnitentiarij indicāt, quod si quis ægestate oppressus, esculenta  
 sibi cōparare ne quibat publicis ecclesię sumptibus eius inopiæ cōsu  
 lebat, testis est S. Cyprianus Euagriō scribēs, super histriōne. Vbi in  
 ter alia sic inquit. Quod si penuriā talis & paupertatis necessitatē ob  
 tendit, potest inter ceteros, qui alimētis ecclesię sustinent, huius qđq;  
 necessitas adiuuari si tñ cōtentus sit frugalioribus & innocētibus ci  
 bis. Gemat hic Luther cū suę impietatis cōplicitibus, negantibus dis  
 cretionē cibariorū apud Christianos cū hic S. Martyr p̄cipiat illū  
 uti tibi innocētibus, re ipsa explicās cibos aliqđ esse nocentes. Qui  
 uoluerit Cyprianū uideat, quomodo p̄mature pax sit data pœni  
 tentibus. tēpore p̄secutionis. Libro enim primo ponit, ep̄la. 28. epi  
 scoporū ad Corneliū Papā. Et hoc etiā non ignoret lector, tpe perse  
 cutiouis tyrannicę in Christianos, si qui lapsi fuissent, his libelli da  
 ri soliterant, hoc est, schedę quę dā testificatoris, puta. Cōmunicat il  
 le cū suis, unde S. Cyprianus in ep̄la ad Confessores & Martyres, no  
 luit sub generali nomine illos cōiunctos ad cōmunionē & p̄niam re  
 cipi, sed qđ singulorū noīa sigillatim quoque exprimerētur. Et non te  
 prætereat qđ eam ep̄istolā scripsit in exilio ex surabulis. Et omnino  
 ep̄lam de lapsis ad Antonianū nō p̄terreas ubi causam exponit cur  
 libellaticos ipse cū cępiscopis recepit, hoc est eos qui se pecunijs ab  
 Idolorum cultu redemerint, similiter lapsos tēpore p̄secutionis p̄æ  
 propere admiserit, non obseruatis stas tēporibus, quę omnia dili  
 gens lector uidere poterit.

Paulinus.

Ambrosi.

Cyprianus.

Discretio cib  
 borum.

Cyprianus.

Cōfessionā  
 lia.

beichtzedel.

Cyprianus.

Libellatici.

Ex sermone  
 delapsis.

Canones pœnitentiarij defenduntur contra Melanchthionem,  
 & aliqui enumerantur, ac radix indulgētiarum expli  
 catur. C A P V T V.

**V**T autem maior cognitio huius pœnitentię habeatur, p̄stat  
 canones aliquos renarrare de duratione pœnitentię qui tamē  
 canones pro uarietate temporum multipliciter uariati sunt.  
 Hoc unum tamē p̄mittere uelim, saluberrimos canones pœnitentię  
 B 3

Canones poenitentiales. clarior esse uerustissimos, qd & Tertulliani tēporibus fuerint, & Cypriani, qui satis propinqui fuerunt primitiue ecclesie apostolorū, & ipsi in ecclesia martyriū. Et quāto erant propinquiores fontali origini salutis euangelicę, tanto canones seueriores erant in corrigēdis emē

In Melancho- dandisq; peccatis. Vnde Melanchothis hęretici duplex cōfutat thore retor- infania p̄cox. Lutheri enim discipulus, mox incipiēs esse magister, thonem fal- librū edidit, de locis cōmunibus Theologię inscriptū in quo uesani so calumnia, p̄ceptoris insanus discipulus, impietates & blasphemias exposuit, potius in au Et inter alia asserit. Canones p̄niales primū a cōcilio Nicęno positos quenda. & ab his cōcepit obtenebrari ueritas euāgelica, prima autē impietas iā

Concilium Nicænum. Impietas Melanch. rum criminū decreta. Et cōciliū Nicęnū testat̄ debere obseruari anti- quę legis regulas, aperte docet etiā ab antiquo fuisse regulas poenitē- tię. Maxima autē impietate sequit̄ insanus grāmaticus in sanctū Nicæ- num conciliū, qd oim semp sanctissimū est habitū, hunc enī neuum ei impingit, quod eius constitutionibus Euangelicū cōp̄tū sit obscurari, cum in nullo alio concilio æque splendor solis Euangelicę clarue- rit, uelut in illo. Spiritu sancto uisibiliter supra patres (Teste Calcedo- nensi cōcilio) confedente ac apparente. O scelestam & blasphemam linguam, quę tam sanctū & uetus cōciliū, ab oibus catholicis iam an- nis ferme mille & ducētis, receptū, serpentino morsu, rodere & lace- rare audet. Quis catholicus & Christianus tantam æquo animo fer- ret, impietate, maledicentiā ab hoie grāmatico, ex Diomedis & Pri-

In principes principes hos schysmaticos uiros Belial in suis dominijs tolerātes, an ueri & legitimi sint sanctę matris ecclesie filij, qui serpētes hos pa- triū maternā uiscera discerpere. Exactissimā proculdubio reddituri in districto iudicio, pro tā scelerato flagitio, rationē, longe aliter sen-

Germani p̄ri ferunt prisici Germani Imperatores & principes, qui iudicia illa pec- cipes ueteres cantū serio obseruari p̄ceperūt. Et ut sacerdotes canones illos cal- Theodorus lerent seueriter mandarunt. Nā Theodorus Archiep̄us cū Adriano Platina. abbate (ut Platina testat̄, & ante eū Beda in Chronicis) fuit missus a Beda. Vitelliano Pontifice in Angliam, ut populū in fide p̄dicationibus Vitellianus. & exēplo cōtinerent. Is librū scripsit quo declarauit, quia p̄nā unum Gratianus. quodq; peccatū dilui posset. Ex cuius libro plura Gratianus in suum transtulit decretū. Accepta ab illo forma Beda, Rabanus, Bonifaci- Beda. us, simili argumento ecclesiastica poenitentiu iudicia sunt profecuti. Rabanus. Bonifacius. Horum sanctorū tēporibus, non obscurata, sed illustrata fuit Euāge- lij ueritas, qd in Anglia & Germania patuit, historias breuitatis stu- dio non recenseo. Cum unius sancti martyris Bonifacij gesta, hoc Bonifacius, abunde probent, qui archiepiscopatum a Vuormatia in Mogūciam

transtulit, quatuor sedes episcopales in Baioaria fixit, Salthburgen.  
Pathauien. Ratispon. ac Frisingen Cōstituit quoq; Episcopum Her-  
bipolensem. Et eiectō idolorū cultu ex Thuringis & Hassonibus, in  
Ertphurdo quoq; sedem Episcopale cōstituerat, licet per successorē  
eius in Moguntina sede, Ertphurden, ecclia ad gremiū maternū fue-  
rat reuocata. Quod si probe expendimus & tēpora nostra, quibus  
spretis pœnitentiarijs canonibus, ferme nullo rigore detinent pœ-  
nitētes, ad tēpora conferamus, quibus in usu fuerūt canones, uerissi-  
mum erit, obscuratā Euangelij lucem per non usum canonū pœnitē-  
tiorū, tantū abest suo deprauatissimo dicto hæreticus ille Melāch-  
thon grammaticus, a ueritate. Nec proderit ei licet non citet (quod  
Innocētius Papa ad Tholosanū scripsit conciliū, obseruandos esse ca-  
nones apud Nicēam de pœnitētib; constitutos nam per hoc nō  
poterit probare canones pœnitētię antea nō extitisse. Quod si etiam  
Innocentius hoc dixisset, quod nō fecit referendū esset ad casum in q̄  
loquit, particulā huius repies amice lector in Gratiano dis. l. canōes.  
At explosa hæreticorū perfidia & redeamus ad institutū, & termios  
agendę pœnitētię a canonibus olim præscriptū ex uetustate renarre-  
mus, solū eo proposito, ut nostri ueterū rigore ac zelum in diluendis  
peccatis non ignorēt. Si quis hoīem spōte occiderit, 7. annis pœni-  
teat. Si diaconū 14. annos pœniteat si presbyterū, 20. & uno annis  
pœniteat. Si quis hominē nō sponte occiderit, tribus annis pœnite-  
at. Si in publico bello uno anno pœniteat. Si qs hoīem debilitauerit  
tribus quadragesimis pœniteat. Si qd mēbrū principale alicui abstu-  
lerit, tribus annis & dimidio pœniteat. Si qs Zodomiticus uel cū pe-  
cude semel, septē annis pœniteat, si cōsueuit. 14. annis. Si fornicatus  
inter femora semel. 4. quadragesimis pœniteat. Si cōsueuit, tribus an-  
nis pœniteat. Si paruulus oppressus hoc patit, una q̄dragesima pœni-  
teat. Si p̄ semetipm, duabus q̄dragesimis pœniteat. Si cōsueuit uno  
anno pœniteat. Si qs adulterat semel. 5. annis pœniteat. Si sæpius, 10  
annis pœniteat. Si qs raptū fecerit, 3. annis pœniteat, & de his uno fo-  
ras eccliam pœniteat. Si qs monialē corruerit, 7. annis pœniteat. Si  
qs cōsanguineā, 5. annis pœniteat. Si qs diuinatores cōsulit, 3. annis  
pœniteat. Si qs sacrilegus uel periurus extiterit, 7. annis pœniteat. Si  
qs iurat cōtra pacē, uno anno pœniteat, & cū elemosynis redimat.  
Si quis pertinaciter odit, excōmunicet. Si qua mulier duobus fratri-  
bus nupsit, 5. annis pœniteat, si quæ partū necat, aut excutit spōte,  
si iā uiuit, 13. annis pœniteat, & semp feria sexta ieiunet. Si mater dor-  
miens filiū uel filiā oppresserit, 3. annis pœniteat. Si infās alicubi ceci-  
derit & obierit, parēs uno anno pœniteat. Si infās mortuus fuerit p̄

Euangelij p̄  
nō usum ca-  
nonum fuit  
obscuratū,  
Innocentius

Gratianus.

Canōes pœ-  
nitentiarij.

Vide cano- negligentia sine baptismo. 3. poeniteat parens, uno anno ex his foris,  
nes Petri Ale ac semp sexta feria ieiunet. Vide amice lector rigorē patrū in casti  
xandrini. gaudis subditorū delictis, expēde populi feruorē ac obedientiā, quē

Indulgentiæ.  
Carena.

Radix indul  
gentiarū.

tantā onera, & tam grauiā, magna synceritate suscepit, & peccatorū  
cicatrices condigna poenitētia sanauerit. Quod si ad hoc seculū no  
strum cōferas, tā impatiens laborū, emendarū, satisfactionū, & oīno  
rebelle. Non solū stupebis, sed ingemisces & alta suspiria trahes ex in  
timo cordis dolore, populū Christianū, ex tanta & tā honesta disci  
plina, ad tantā descēdisse licentiā. An non existimas mille thesauros  
indulgētiarū nobis esse necessarios? iam iam intelligis, qui sint anni,  
quæ carenæ (nam nihil omnino interest inter carenā & quadragenā  
apud ueteres) quibus profunt indulgentiæ Pontificiæ, & tollunt eis  
dem. Deus sit nobis miseris peccatoribus, has poenitētiās pro deli  
ctis nostris nō subeuntibus, clemēs & propicius, & secundū magnā  
misericordiā suā saluos nos faciat. Intelligis charissime lector, quod  
sicut a tēporibus Clementis usq; ad Innocentiū primū, grauiorē ad  
huc fuerūt canones poenitētiarū, quā etiā recēsuimus, ita postea pau  
latim a septingentis annis cōperūt languere. Et quantū canones de  
creuerūt, tantū indulgentiæ Pontificiæ & Episcoporū creuerūt, uti ho  
dierno die experimur eas auctissimas, & hoc ea radice factū intelli  
ges. Nam charitate frigescente, mox editi sunt canones, quibus cō  
stitutus est modus redimendi rigorē canonis poenitētiarū. Vidi  
mus has relaxationes in uersto libro ecclesiæ Merseburgen. a Boni  
facio Martyre, Germanorū apostolo, constitutas. Vnū tñ canonē re  
laxatoriū in præsentiā renarremus, Pro uno die, quē in pane & aqua  
ieiunare debet. I. psalmos genibus flexis in ecclesia si fieri potest, decā  
ret. Si aut in loco cōueniēti eadē faciat, & unū pauperē pascat, & eo  
dem die, excepto uino, carne, & sanguine, sumat quicquid uelit Qui  
psalmos nō nouit, unū diem quē in pane & aqua poenitere debet, di  
ues tribus denarijs (hoc est nūmis tribus, quorū quilibet ualet .10.)  
& pauper uno denario redimat. Aliam taxā fecit Bonifacius, quod  
diues persolueret tres solidos, mediocris unū solidū, omnino paup  
eres numos. Quod cū redēptiones cepissent fieri, Pontifex p illo bo  
no opere, aut pro alio cōmutauit opa, a canone poenitētiarū indicta,  
& poenas canonis sic relaxauit, unde & nomen indulgentiarum pro  
prie descendit, pluribus indicare possem, sufficit studioso radicē ne  
gotij demonstrasse.

Quomodo rigor canonum poenitentialium olim pote  
rat in uulgo obseruari, & de iniunctione emendar,

CAPVT VI,

**M**irabere forsā lector, cū tēpore Cypriani, Athanasij, Augu-  
 stini, Gregorij, tantus fuerit pœnitentię rigor, quē & in Ger-  
 mania obseruatum nouimus, tēporibus Christianissimorū  
 principū Caroli Martelli pipini, Caroli magni, Lodouici, Lotharij  
 &c. tam in solēni, q̄ cōmuni publica p̄nā, quomodo hoies ad eā sub  
 eundā fuerint inducti, cū tanta sit iam in hoibus ariditas, ut ne mini-  
 ma quidē satisfactiōnis opera, a sacerdote imposta suscipere uelint. Recusat om̄e  
 At cū deuota christianorū turba CHRISTO ex animo seruebat opus satisfa-  
 maiorq; erat plebis in clerū reuerētia & obediētia. Et q̄ p̄elatos ec-  
 clesie gerebāt, uiri erant potētes in ope, sermone, & exēplo. Nulli du-  
 bium quin hoies peccata sua agnoscētes, sua sponte se pœnitentię ex-  
 poneret, & presbytero offerret. Velut Maria Magdalena pœniten-  
 tium typus se ultro ingressit cōuiuio, pedibus CHRISTI aduolu-  
 ta, lachrymis lauit, terisit capillis. Super cōuiuātes ingressa est, nō in-  
 sa uenit, inquit Gregorius imitabile p̄stans pœnitētibus exēplū,  
 ut non uocati ad misericordiā dei per uia pœnitentię accedāt. Et ita a  
 cōpluribus factū in primitiua ecclesia, nemini dubiū esse debet. At  
 ubi promptitudo eiusmodi nō inueniebat, tūc a p̄epositis, notorij,  
 crimiosi ad p̄nē onera subeūda cogebant, uelut S. Ambrosius Theo-  
 dosium Imperatorē ad hoc adegit. Et ex Tolletano colligitur conci-  
 lio, Beatus Rhenanus in proloquio operū Tertulliani refert canōnē  
 prius a me nō uisum, q̄ pacto inquisitio criminū antiquitus facta fue-  
 rit, & a Nicolao missum ex urbe suspicatur Ratholdo Argētoracē-  
 Ep̄o. Ego inter, 73. canones Nicolai, illū reperire nō potui. Huius tñ  
 æmulos nuper uidi apud Reuerendissimū patrē Sebastianū Speran-  
 tiū Brixinē. Ep̄m, uirū & eruditione, & morū integritate, ac rerum  
 agendarū prudentia spectabilē, in Concilio Triburiēsi, sub Imperato-  
 re Arnulpho ab Episcopis Gallie & Germanie celebratū, Lubet igi-  
 adscribere canōnē illum, ut Beatus eum renarrat. In concilio publico  
 ab Episcopo habito primitus iurare debēt de uillis singulis fidelissi-  
 mi quicq; liberi & serui, tres uel quatuor, seu etiā plures, ut rei ueritas  
 oino inquirat. Iuramentū aut̄ illud huiuscemodi esse debet. Quicq; d̄  
 in illa uilla, in qua habitat, ueraciter sciat, uel serio audierit actum con-  
 tra fidem rectā & Christianitatē, Episcopū aut eius nunciū, quantū  
 recordari possit, & sciētia subministrat, non lateat. Post iuramentum  
 uero Episcopus per singula numerare debet, quę prius iuramēto cō-  
 prehēdit, hoc est. Si uir semp̄ uxorē suam aliquā danculo corruptit.  
 Si cū duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicā-  
 ta sit. Si cōmatrē spiritalē aut filiōlam suam stupro uiolauit. Si qua  
 mulier partū suū necauit, uel conceptū quocunq; modo excussit.  
 Si q̄s cognatū suū uoluntate an casu occidit seu morbidū fecit, & nec

Pœnitentię ri-  
 gor in Ger-  
 mania uiguit

Recusat om̄e  
 At cū deuota christianorū turba CHRISTO ex animo seruebat opus satisfa-  
 maiorq; erat plebis in clerū reuerētia & obediētia. Et q̄ p̄elatos ec-  
 clesie gerebāt, uiri erant potētes in ope, sermone, & exēplo. Nulli du-  
 bium quin hoies peccata sua agnoscētes, sua sponte se pœnitentię ex-  
 poneret, & presbytero offerret. Velut Maria Magdalena pœniten-  
 tium typus se ultro ingressit cōuiuio, pedibus CHRISTI aduolu-  
 ta, lachrymis lauit, terisit capillis. Super cōuiuātes ingressa est, nō in-  
 sa uenit, inquit Gregorius imitabile p̄stans pœnitētibus exēplū,  
 ut non uocati ad misericordiā dei per uia pœnitentię accedāt. Et ita a  
 cōpluribus factū in primitiua ecclesia, nemini dubiū esse debet. At  
 ubi promptitudo eiusmodi nō inueniebat, tūc a p̄epositis, notorij,  
 crimiosi ad p̄nē onera subeūda cogebant, uelut S. Ambrosius Theo-  
 dosium Imperatorē ad hoc adegit. Et ex Tolletano colligitur conci-  
 lio, Beatus Rhenanus in proloquio operū Tertulliani refert canōnē  
 prius a me nō uisum, q̄ pacto inquisitio criminū antiquitus facta fue-  
 rit, & a Nicolao missum ex urbe suspicatur Ratholdo Argētoracē-  
 Ep̄o. Ego inter, 73. canones Nicolai, illū reperire nō potui. Huius tñ  
 æmulos nuper uidi apud Reuerendissimū patrē Sebastianū Speran-  
 tiū Brixinē. Ep̄m, uirū & eruditione, & morū integritate, ac rerum  
 agendarū prudentia spectabilē, in Concilio Triburiēsi, sub Imperato-  
 re Arnulpho ab Episcopis Gallie & Germanie celebratū, Lubet igi-  
 adscribere canōnē illum, ut Beatus eum renarrat. In concilio publico  
 ab Episcopo habito primitus iurare debēt de uillis singulis fidelissi-  
 mi quicq; liberi & serui, tres uel quatuor, seu etiā plures, ut rei ueritas  
 oino inquirat. Iuramentū aut̄ illud huiuscemodi esse debet. Quicq; d̄  
 in illa uilla, in qua habitat, ueraciter sciat, uel serio audierit actum con-  
 tra fidem rectā & Christianitatē, Episcopū aut eius nunciū, quantū  
 recordari possit, & sciētia subministrat, non lateat. Post iuramentum  
 uero Episcopus per singula numerare debet, quę prius iuramēto cō-  
 prehēdit, hoc est. Si uir semp̄ uxorē suam aliquā danculo corruptit.  
 Si cū duabus cognatis, siue mulier cum duobus propinquis fornicā-  
 ta sit. Si cōmatrē spiritalē aut filiōlam suam stupro uiolauit. Si qua  
 mulier partū suū necauit, uel conceptū quocunq; modo excussit.  
 Si q̄s cognatū suū uoluntate an casu occidit seu morbidū fecit, & nec

Lucae. 7.  
 Gregorius.

Ambrosius.  
 Tollosanum  
 concilium,  
 Beatus Rhe-  
 nanus.  
 Nicolaus.  
 Brixāsis Epi-  
 scopus.

Inquisitio.

C

dum ad publicā pñiam uenit. Si mulier maritū suū, aut maritus uxorem iniquo cōsilio interemit. Si quis uirum aut foeminā ueneno, aut aliqua alia potione occidit, & qui hoc scilicet uenenu machinatur. Si sciant diuinatrices uel augures etiā illos, qui per incredulitatē illas inquirāt. Si sciunt meretrices, quia meretrix appellat, si uno cōtempo, cum alijs fornicat, licet nupta nō sit. Si illos etiā sciant, qui cū excommunicatis communionē habent. Si illos sciant, qui cōuicti sunt per iurium perpetrasse. Si & illos nouerint, qui loca non deo dicata contra fidem ecclesiasticā colūt & ad Christi ecclesias uenire contemnūt. Illos etiā si sciant, qui in dictū ieiuniū negligunt. Hęc omnia dum Episcopus habet recitata iuratores per iuramentū cōmoneat. Cæteros uero oēs nobiles & ignobiles p bannum Christianitatis cōstringat, ut supradictas res minime cælet, ac si in die iudicij ante tribunal dñi nostri Iesu Christi rei occultationis præfatarū rerū nephandarū inueniantur. Hoc enim indicat, & per bannū contestetur, ut nemo per ullius timorē nec fauorē, uel etiā amicitia præfata reticeat ueraciter scita. Neq; per odiū neq; per inimicitia ullam quicq; alicui irroget, quę ueraciter non possit probare. Horum aliqua si antea in presentia Episcopi allata essent eiusq; iudicio termiata, & postea iterata cōperata fuerint, ueluti in initio referant, & Episcopali decreto constituant. hæc inquirendorū criminū formula, qua etiā inuiti ad pœnitentiā agenda, & ad cœnam dominicā intrare compellunt. Ex hac uetustate relictu est, ut Archidiaconi in certis diocœsibus i anno bisextili circumeāt, & peccata enormia emendent. Hactenus de pñia solenni, in qua iucūditissime lector, si uidebor tibi prolixior, existima in rem tuā & cōmodū id a me factitatū, quo ex fundo, sanctorū patrū scripta exactius intelligere posses. Finem ergo huius rei faciamus, & pñie illius formulā Sūmarie a Cypriano in eplā ad martyres & confessores, & sermone de lapsis, memoriæ tenaciter cōmendemus. Nam primo se presbytero pœnitentiū præsentabāt, dein pœnitentiā iniunctā iuxta decreta patrū & cōsiliū sacerdotis pficiebant, postea Exomologesin, hoc est cōfessionē criminis publice corā Episcopo & clero faciebant, uelut modo cōfessio generalis publice fit. Hinc est, quod hodie ante absolutionē in cōfessione, prius debet iniungi emenda satisfactoria, licet non sit opus emendā illam prius impleri ante absolutionē, sicut in solēni pñia, in qua re errauit Luther mirū in modū, in resolutionibus suis de uirtute indulgentiarū qui id quod sancti patres de solēni pñia dixerūt, hic minus iustus rerum expensor, ad pñia priuatę absolutionē contorsit. Post cōfessionē expiatur delictū per sacrificiū a sacerdote pro pœnitēte factū, deinde per manus impositionē ab Episcopo absoluitur, & ecclesiæ recōciliatur. Et postea per presbyterū pœnitē-

Excusatio auctoritatis.

Cyprianus

In iunctio emendatæ.  
In Lutherū

stia sua ad singulos sacerdotes ducitur, quorum pedibus supplex ad-  
uoluitur. Quo facto, pax iam ei data dicitur, & recōciliatio facta, qua  
re cum alijs fidelibus ad cōmunionē sacratissimæ eucharistiæ admit-  
titur. Quæ omni diligenti trutinato, libra, studiose lector, & has no-  
stras uigilias boni consule.

De confessione publica, & de confessione quæ peccator te-  
netur facere de lege naturæ. CAP. VII.

**D**iximus triplicē esse pœnitentiā unam solennē, de qua ampli-  
ter diximus. Altera & ipsa publica est, licet non solennis. Nā  
& ipsa fit in facie ecclesiæ propter aliquod graue publicūq; de-  
lictum. Et illa hodie mansit in ecclesia, sicut uidemus quotannis in ec-  
clesijs cathedralibus. In hoc autē differt a solenni, quod etiā clerico  
coniungi potest, potest sæpe reiterari, non adhibent ille solennitates,  
non differtur tanto tempore, sicut solennis, sed subito conficitur. Ali-  
qua extant adhuc in eius obseruantia, quæ umbram tenent solennis  
pœnitentiæ, ut quod in indulgentijs fieri uidemus, ubi a sacerdote  
pœnitentiario ducit ad cōmissariū, qui eum absoluens, cōmittit sin-  
gulis sacerdotibus, ante quos inclinatur pœnitens, ut plene ecclesiæ re-  
concilietur. De hac pœnitentiā, cum eius obseruantia, adhuc sit in usu  
ecclesiæ, & nota hominibus, nolo esse prolixior. Duo solum hic mo-  
nuerim lectorem. Primo nunc pro crimine quantumcūq; enormi oc-  
culto, publica imponatur pœnitentia, ne secretissimū forū confessio-  
nis publicum faciat & manifestarium. Contrariū facientes sunt re-  
prehensibiles, & mali dispensatores mitissimi patris familias Christi,  
sicut eos reprehēdit Nicolaus Siculus, ca. questū de pœni. & remis.  
Alterū est. Si quis fecit peccatū publicū & scandalosum, nō debet pro-  
pterea conficiētā suam angere & inquietare, ut existimet se debere fa-  
cere publicā pniām. Immo nec tenetur iniunctā sibi pniām detegere,  
sed q̄a peccato suo publico proximū offendit, & ei scandalū posuit,  
tunc bono exēplo publice offensos doceat peccata bonis operibus  
emendanda, ut quātū offendit publica malicia, tantū edificet bonis  
suis opibus publicis. Priuata pœnitētia notior est q̄ ut pluribus de-  
scribatur. Verum pœnitētia aliquādo usurpatur pro cōtritione, & pœnitentiæ  
hæc est pœnitētia interior. Dicitur & ipsa absolutio sacerdotis facta  
super peccatis confessis, & hæc pœnitētia sacramentū est ecclīe Chri-  
sti. Et ipsa quoq; opera, quibus expiant peccata, hoc est satisfactiones  
emendæ &c. dicunt pœnitentia. Et si quis dicit agere pniām, hoc est,  
opera facere bona, quibus pœnā peccatis suis debitā, diluat, & pro  
his satis faciat. Hæc oēs uoculæ pœnitentiæ significationes sunt frequē-  
tes & usitatæ, tam in sacris literis, quam sanctis patribus. Et sicut Confessione

Documentū  
notabile.

Secundū se-  
cundum.

Pœnitentiæ  
usurpationes.

Confessione



triplicem posuimus pñiam, ita & triplicē asseramus cōfessionē oportet, ut sit confessio seu Exomologesis publica & priuata, & quāuis uoce iam publice poenitētes nō confiteant publice, tñ re ipsa & facto cōfitemur erratū publicū, super quē in conspectu totius plebis nō uerent publicam pñiam subire. Sed hic iam bellū cum hæreticis oritur. Cōfessionē illam priuatā respicientibus, nec fuisse in usu antiquæ ecclesiæ, sed a psychotyranis excogitatā. Ita delirāt Luther & Carlstadius & usq; ad insaniā desipit Oecolampadius proprio ædito super ea re libello. Nos ueritatē catholicam tueri conabimur cōtra oēs male de fide, de ecclesia, de religione sentientes. Nam & Hebræi cōtēnunt cōfessionē, & Græci dum maluerūt proprijs, q̄ ecclesiæ legibus uiuere, etiā hoc malū schysmati eorū addiderunt, ut cōfessionem negarent. Eam iuniores clanculariā, auricularē, & similibus modis appellant, at cum constat de re frustra certat de noie. Ab illo ergo ordiamur, quoniā oīno apparet nobis necessariū esse hoc præmittere, uelut dicendorū præparatoriū. Cum enim triplex sit lex, per curricula ætatū mūdi distincta, lex scilicet naturæ, scripta Mosaica, & Euangelica ostēdemus quālibet suā exegisse cōfessionē. Ita quod pro omni tpe peccator offendēs deum Opt. Max. creatorē suum tenebat ad aliquā offensæ suæ cōfessionē. Nā a lege naturę incipiēdo perspicuū est, ipsam deponere cōfessionē mentis, qua agnoscat se cōtra dominū suū egisse. Hoc præstat insita uis animi a deo cuiuslibet homini usum rationis habenti, quoniā gentes inquit sanctus Paulus quę legē nō habent, ea quę legis sunt naturaliter faciūt, & subdit causam. Eiusmodi legē nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis testimoniū illis reddente cōscientia ipsorū, & inter se inuicē cogitationū accusantiū, aut etiā defendentium &c. ubi signate tria in mediū affert Paulus, ut expendit acute Athanasius. s. naturā, scriptū, & opus uolens gentes puenisse ad opus natura duce, ad quod ludęi per legem uenerāt. Ad sunt ergo natura cogitationes accusantes, nā irritabilis naturę est cōscientia facile in eā cōmittit, ut perpetuo murmure animū diuexet, nisi prius recōciliet, quare placanda est & mititer tractanda alioquin semper rixosa continuo belligerat. Iure igitur naturæ, quod ab igniculo rationis, cōscientia suggerit, a deo creatore suo excidens tenetur culpā suam agnoscere & ueniā deprecari. Quis enim ignorat, dictamine iuris naturę quēlibet uitā corporis curare, ne pereat? Cur modo non ea faceret pro reparanda animę uita, quæ faceret pro uitanda corporis morte, cū gaudio enim debet facere immortalis futurus, ait Augustinus, quę faceret pro differenda mortē moriturus. Modo deū esse natura oibus insitū est, ait Damasce, conformiter ad doctrinā sancti Pauli, quē cū peccato quis offenderit, nō

Hæretici.

Judæi.  
Græci.

Lex triplex.

Confessio legis naturæ.

Romano. s.

Athanasius.

Cōscientia.

Augusti.  
Damasce.

aura duce, hanc offensam non aliter expiabit, quã cũ filius patrẽ of-  
fenderit. Quid autẽ pater a filio exigit, nisi ut filius peccasse se agno-  
sca, ueniam postulet, & rursus paterno amori respondeat, hoc faciat  
filius creatus suo creatori. Et ob hoc interpellat sedula sollicitatrix  
cõscientia, quẽ pulsat, clamat, & omnia turbat, ut efficiat animũ sub-  
ditum deo & obedientẽ. Et ne suspecti uideant alicui catholici, audia-  
mus eos, qui nõ nisi legem naturẽ secuti sunt, uti est elegans carmen  
Ouidij lib. 1. de ponto, quod subscribere placuit.

Pœnitet o si quid miserorum creditur ulli  
Pœnitet, & factò torqueor ipse meo  
Cunq; sit exilium, magis est mihi culpa dolori  
Estq; pati pœnam, quam meruisse minus  
Vt mihi dii faueant, quibus est manifestior ipse  
Pœna potest demi, culpa perennis erit  
Mors faciet certe, ne sim, cum uenerit exul  
Ne non peccarim mors quoq; non faciet

Sic Iuuenalis & ipse ethnicus ductu luminis naturalis experie-  
batur, cum Satyra. 13. scriberet.

Exemplo quodcunq; malo committitur ipso  
Displicet authori, prima est hæc ultio, quod se  
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quamuis.  
Gratia fallacis prætoris uicerit urnam.  
Quid sentire putas.  
Et iterum.

Cur tamen hos tur-  
Euasisse putas, quos diri conscia facti  
Mens habet attonitos, etiam surdo uerbere cedit  
Occultum quotiens animo tortore flagellum.  
Pœna autem uehemens, ac multo sæuior, illis  
Quas & seditius grauis mouit & Radamanthus  
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem

Sic A. Seneca in Hypolito meminit.

Quid pœna præsens conscie mentis pauor  
Animusq; culpa plenus, & semet timens  
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit  
Quod Græcus etiam & ipse quoque Ethnicus  
sentiebat, cum diceret,

Ἐπὶ τοῖς ἀποσπινῶν ἢ συνδύσεισθι θεῶσιν

Hominibus omnibus conscientia deus,

Ouidius.

Genesis. 3.

Et ita existio

Cain.

Genesis. 4.

Agnoscere itaq; culpam, & ueniam precari In presentia dicimus confessionem mentis confessionem interiorē. Sic confessio numen aliquod patet inquit Ouidius. Huius duo fortissima habemus indicia, quoniam deus aliquando exegit huiusmodi confessionem, ut liquet de Adam post primum peccatum in paradiso Gene. 3. uocauitq; dominus deus Adam, & dixit ei, ubi es? ubi gloss. interlinearis inquit. uerba increpantis, & ad confessionem cogentis, & non ignorantis. Cum ergo deo omne cor pateat, & omnis uoluntas loquat, postulauit deus mox post primum peccatum huius confessionem, quasi formulam daturus omnibus posterius peccatoris, ut peccatum deo confiterentur & agnoscerent. Quamuis alicui uideri possit deum hic uocalem exegisse confessionem, quam tamen Adam non prestiterit, sed ad excusationes confugit. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Sed quia Adam non est humiliter confessus, ideo audiuit a domino. Quia audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ. Spinæ & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore uultus tui uerseris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Expende iam quomodo deus hoc primi peccatoris hominis exemplo, doceat se mox peccantem uocare ad confessionem, ut agnoscat se ubi sit, qui tam longe, a deo recesserit, quod si is peccatum suum confessione non diluerit, sed friuolas obtendat excusationes, confessionem maledictionem habet paratam. Quod egit deus in primo peccatore, fecit etiam secundo, in Cain. Qui dum uictimas ægre deo dedisset, mox eum docuit, & in eo quolibet peccatore, quo pacto se gerere debeat. Dixit enim dominus ad eum. Quare iratus es, & cur contulisti faciem tuam. Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male stiteris in foribus peccati tui uideris, sed sub te erit appetitus eius, et tu dominaberis illius. At cum Abel fratrem suum occidisset, statim deus inquit, & confessionem sceleris exigit, recusantem graui poena afficit. Ait enim dominus ad Cain, ubi est Abel frater tuus? qui respondit, nescio. Nunquid custos fratris mei sum ego? Dixit ad eum, quod fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos, uagus & profugus eris super terram. Habes inquirentem confessionem deum, quam quia reus non prestiterit, maledictionem suscepit. Iure ergo signato super nos & ipso deo, obligamur confiteri deo peccata nostra, etiam si omnis lex scripta Mosaica & Evangelica sileret. Et de hoc non reperio aliquem dubitasse, ideo hæc de illa confessione dicta sufficiant, nam pauca de ea in sequentibus addemus.

De confessione legalis in lege scripta, & eius utilitate. Ca. VIII.

**C**um autem Moyſi tēpore placeret deo præter legem iuris natu-  
ræ, populo ſuo legem ſcriptā exhibere. Mox cōfeſſionis onus  
auctum eſt, & a cōfeſſione interiori deuentū eſt ad exteram.  
Nam primo Pontifex legalis, quando offerebat ſacrificiū pro deli-  
cto filiorū Iſrael, quod legem a deo datā non cōſeruabāt, tunc quoq;  
fecit cōfeſſionē generalē pro toto populo, ſicut docuit & præcepit  
dñs Leuiti. 16. Poſtq; emundauerit ſanctuariū & tabernaculū & alta  
re, tunc offerat hircum uiuentē & poſtea utraq; manu ſuper caput  
eius confiteat oēs iniquitates filiorū Iſrael, & uniuerſa delicta atq; pec-  
cata eorū, quę imprecaſ capiti eius, emittet illū per hoīem paratū in  
deſertū. Sic cōfeſſione generali cōfitebat peccata populi Iſrael Ne-  
emias in zulis dicens. Quæſo domine deus cœli ſortis magne atq;  
terribilis, qui cuſtodis pactū & miſericordiā, cum his qui te diligūt,  
& cuſtodiuunt mandata tua, fiant aures tuę auſcultantes, & oculi tui  
aperiti, ut audias orationē ſerui tui, quā ego oro coram te hodie die  
& nocte pro filijs Iſrael ſeruis tuis, & confiteor pro peccatis filiorū  
Iſrael, quibus peccauerūt tibi. Et ego & domus patris mei peccau-  
imus, uanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mandatū tuum,  
& cęremonias & iudicia, quę præcepiſti Moyſi famulo tuo. Vides  
cōfeſſionē & modū illius, a ſacerdote obſeruatū in lege Moſaica. Et  
hanc cōfeſſionē quaſi ſimilē exiſtimo, cōfeſſioni generalī, quę in  
eccleſia dei fit a ſacerdotibus pro tota eccleſia in introitu miſſę, uel in  
Cōfeſſio ge-  
neralis in in-  
troitu miſſę.  
Primæ, aut Cōpletorio, ſecundū ritum ſanctę eccleſię Romanę. Et  
dixi, quaſi, quia omnis homo qui ſpirat, nouit duos hircos in cap. 16.  
Leuitici deſcriptos geminam ſignificaffe naturā Chriſti. Vnus enim  
Leuitici. 16.  
immolatus & mortuus, humanitatē ſignificat in cruce mortuam. Al-  
ter autem hircus qui mittebat in deſertū & portabit iniquitates po-  
puli, diuinitatē Chriſti ſignificabat. Sic populus confitebat peccata  
ſua apud Neemiam. Conuenerunt enim filij Iſrael in ieiunio, & ſac-  
Neemi. ca. 9.  
cis, & humus ſuper eos. Et ſeparatum eſt ſemē filiorū Iſrael ab omni  
filio alienigena, & ſteterunt & confitebātur peccata ſua, & iniquita-  
tes patrum ſuorum. Quam cōfeſſionē generalem fuiſſe intelligas,  
ut ab initio monuimus. Et quod ſigillatim aliquādo etiam adacti fu-  
erint in genere confiteri ſacerdoti peccata ſua, maxime publica & no-  
toria, liquet ex capitibus. 4. 5. & 6. Leuitici. Quia ibi deſcribit q̄ ſacri-  
Leuitici. 4. 5.  
& 6.  
ficis expiari debeat peccatū ex ignorantia factū uel a ſacerdote, uel a  
principe, uel a multitudine, uel ab uno priuato. Similiter de peccate ex  
paſſione aut malicia modo q̄n præſentabat ſacerdoti hoſtiā, petēs hęc  
pro ſe in hac uel hac forma offerri; ſatis iā manifeſtabat ſacerdoti pec-  
catū ſuū in ſpecie, tali aut tali ſacrificio expiandū, breuitati ſtudeſ nō  
rēnarro uarietate ſacrificiorū. Hoc enim ſufficiat propoſito noſtro;

- Ipsos in praesentatione hostiae fuisse confessos crimen, pro quo uolebant hanc offerri, aut saltem ipso sacrificio speciem delicti indicasse, licet primū uideat̄ literæ cōsonātius Numeri. 5. locutus est dominus ad Moysen dicēs. Loquere ad filios Israel, uir siue mulier cū fecerit ex oibus peccatis, quæ solēt homibus accidere, & per negligentia transgressi fuerint mandatū dñi atq; deliquerint, cōfitebunt̄ peccatū suū, utcunq; possumus nuncupare illā cōfessionē legalē ceu ceremonialē, ueluti primā diximus mentalē seu naturalem. Quam utilis aut̄ res esset cōfessio peccatorū, scriptura non obicit, etiā currēte lege Moisaica, sed quā plura spiritus sanctus edidit huius rei testimonia. Ait enim David Psal. 31. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meā dōmino, & tu remisisti iniquitatē peccati mei, & psal. 36. Reuela dño uia tuā, & spera in eo. Et p organū suū Iob. 31. dixit. Si abscondi q̄si homo p̄t̄m meū, & cēlauri in sinu meo iniquitatē meā. Et per sapientē in Pro uerbis inquit cap. 18. Iustus prior est accusator sui, & cap. 28. Qui abscondit scelera sua non diriget, qui aut̄ cōfessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiā cōsequet̄. Quomodo expressius potuisset nobis spiritus sanctus confessionē cōmendasse. Vulgata est Ecclīastici. 4. auctoritas. Nō cōfundaris cōfiteri peccata tua, & ne subhūncias te omni homini pro peccato. Et cap. 17. Ne demoreris in errore impiorum, ante mortē cōfiteri a mortuo quasi nihil perit cōfessio. Cōfiteberis uiuēs, uiuus & sanus cōfiteberis, & laudabis deum, & gloriaberis in miserationibus illius. Per Esaiam q̄q; p̄cep̄erat cap. 43. Narra si quid habes ut iustificeris, septuag. legunt, dic tu iniquitates tuas ut iustificeris, ad tantū igit̄ bonū, sicut est cōfessio, deus semp̄ per scripturas humanū genus est cohortatus quo cōmoda exinde proueniētia suscipere posset. At ubi uenit plenitudo tēporis, quādo misit deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege, ut eos qui sub lege erāt, redimeret, ut gratiā Euangelij mundo largiret, factum est ut cōfessio adhuc explicatior esset, & propria quisq; delicta etiā occulta, in aurē congereret sacerdotis, qui uelut arbiter inter deum & hoīem cōstitutus, p̄ absolutionis beneficiū, illi p̄nitentiæ sacramentū administraret, & de hac cōfessione p̄ambula ad sacramentū, plenius hic tractabimus, ut suborientes hæreres dimoueamus.
- Numeri. 5.**
- Psalmo. 31.**
- Psalmo. 39.**
- Iob. 36.**
- Prouerbi. 18.**
- Prouerb. 28.**
- Ecclīa. 4.**
- Ecclīast. 14.**
- Esai. 43.**
- Ad Gala. 4.**

Deum solitum ab imperfectiori ad perfectius progredi ostenditur in sacrificijs, baptismatibus, prophetijs, sacerdotio, & postremo in confessione CAP. IX.

**Q**uod si acutius perspexeris, habes in triplici lege, triplicē confessionē, & quomodo diuina sapiētia ordinatissime mundū ad ministrans, semper progreditur a minori ad maius, ab im-

perfecto ad perfectū. Sic enī dei perfectā sunt opera, scilicet in ordine, quod & in alijs passim experimur. Vide sacrificia in lege naturę tenuiter orta, ubi uir iustus altare erexerat hic nomē dñi inuocabat. At in lege scripta modus sacrificijs impositus & quid, ubi, pro quo, & a quo offerendū fuit, diffiniebatur, unde oues, agni, uituli, hirci & columbæ templū opplebāt. Adueniēte autē lege gratiæ, iam sanguis Christi offertur & corpus dominicū, tantū præstat sacrificiū missæ in ecclesia, sacrificijs uitulorū, hircorū & oim Synagogæ, sicut pulchre uoluit B. Paulus ad Heb. 9. Christus assistens pōtifex futurorū bonorū, per amplius & pfectius tabernaculū nō manufactū, id est non huius creationis, neq; per sanguinē hircorū aut uitulorū, sed p propriū sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuēta. Si enī sanguis hircorū aut taurorū, & cinis uitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationē carnis, quāto magis sanguis CHRISTI, qui per spiritū sanctū, semetipsum obtulit immaculatū deo, emundauit conscientia nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū deo uiuētī. Ecce quantū profecerūt sacrificia a frugibus Cain, & ouibus Abel, usque ad filiū dei, quia proprio filio suo nō pepercit deus, sed pro nobis oībus tradidit illum. Sic de baptismo, habebāt in lege certa baptismata & lotiones immūdicarū, sicut patet Leuiti. 13. & 15. & testatur Apostolus ad Heb. 9. Munera & hostię offerunt, quę nō possunt iuxta cōscientiā perfectā facere seruiētē solūmodo in cibis & potibus, & in uarijs baptismatibus. Superuenit baptismus Ioannis explicatior. Tandē Christi baptismus in regenerationē uitæ per spiritū datus est ecclesiæ, ianua ecclie, & oim sacramētorū. Sic & de prophetia saluatoris futuri factū est. Adam & Noe crediderūt mediatorē futurum, sed obscurius intellexerūt. Abrahæ quid certius dictū est, In semine tuo benedicent oēs gentes, & Iacob præuidit ex semine Iuda hoc futurū, sed adhuc clarior repromissio facta est regi Dauid. Iurauit dominus Dauid ueritatē, & nō frustrabit eum, de fructu uentris tui ponam super sedē tuam psal. 131. Et Esaias maiori lumine infuso, uidit saluatōrē ex uirgine uenientē. Ecce, inquit, uirgo cōcipiet & pariet filium, & uocabit nomē eius Emanuel. Esa. 7. de quo tam certus ac si iam factum esset cap. 9. subixit Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, & factus est principatus sup humerū eius, & uocabit nomen eius admirabilis cōsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, sed quāto certior erat Ioānis præcursoris p̄dictio, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi, ut semper intelligamus mysteria fuisse adaucta per incrementa tēporū. Idem de progressu & auctione sacramentorū liquet & de sacerdotiū. Primo enim quisq; ut erat deum timens, sacrificatorū seu altare cōstruxit, in quo holocausta & hosti

Sacrificia uete. leg. & no.

Ad Heb. 9.

Ad Rom. 8.

Baptismi uet. & nouę legis Leuiti. 15.

Prophetia ueteris & nouę legis. Gene. 22. Gene. 48.

Psal. 131.

Esaia. 7. Esaia. 9.

Ioannis. 1.

Sacerdotiū. Gene. 4.

D

as obtulit, unus Melchisedech rex salem, sacerdos altissimi a scriptura nūcupat Gene. 14. In lege uero scripta, legale sacerdotiū & Leuitarum genus est cōstitutū, q̄s uoluit fungi sacerdotio de tribu leui Exodi. 28. Vbi etiā deus modū p̄stituit et formā cōsecrādi ac ordinādi sacerdotes Exo. 29. & executio huius Leui. 8. & 9. describit. At q̄nto excellentiū est sacerdotiū euangelicū, & Ch̄ri in lege gratiē, sicut p̄cellentiā sacerdotij Ch̄risti ultra sacerdotiū Leuiticū Ap̄l's Paulus ad Ad Heb. 7. Heb. 7. describit, & quia trāslatū sit sacerdotiū de tribu Leui in tribū Iuda, ideo necesse fuit etiā legis trāslationē fieri, propterea ca. 8. docet q̄modo meliū ministeriū sortitus sit Ch̄ristus, quāro et melioris testamēti mediator sit, q̄d & in melioribus repromissionibus sancitū sit, q̄d etiā p̄ sequētia duo capita p̄sequit. Sic ergo peculiare est deo, a minori ad maius in opibus mirabilibus p̄gredi, q̄d & in cōfessione obseruauit, ubi primū cōfessio exigebat interior. Deinde ad exteriorē uentū est, sed generalē uel publicorū, tandē ad occulorū etiā p̄pationē in aurē sacerdotis, p̄gressa est cōfessio. Quā cōueniēs aut fuerit p̄fectiorē instituere cōfessionē imp̄fectiori lege, ex eo cōiicitur. Quoniā in nulla alia lege fuit illustrior ueritatis manifestatio, quā in lege euāgelica, qm̄ ut loā. inqt, lex p̄ Moysen data est, Gratia & ueritas p̄ Iesum Ch̄m. Sed p̄ cōfessionē in ecclia factā, manifestat ueritas & detestat peccatū, q̄d fit in tenebris, nam qui male agit, odit lucē, ait Ch̄ristus apud Ioan. Et opa tenebrarū, quē arguunt, manifestant a lumine, ad Ephe. 5. nō igit̄ immerito, sub regno ueritatis fit manifestatio peccatorū, ut cū peccator faciat ueritatē, peccata sua facēdo tunc suscipiat gratiā datā a Ch̄risto, & hoc q̄d a Ch̄ro nō sine augusta ratione est factū, ut instrueret cōfessor ad recōciliationē habēdā, mediā te humano arbitrio. Nā ante aduentū mediatoris dei & hoim, plena recōciliatio fieri nō potuit. Sed cū illi data esset potestas ī cōelo & in terra, & destruxisset portas inferorū, & euacuasset regnū principis tenebrarum, Cōmode potuit hanc potestatē alijs cōmittere, qui huiusmodi potestatē absoluendi & ligandi peccata exercerent. Et ad hoc sacrum p̄nitentię sacramentum est institutum.

Confessio probatur esse de iure diuino Ioan. 20. & cauilli reñciuntur. CAPVT IX.

Luther.

**A**Tremis hic Luther, furit Oecolampadius, insanit cætera turba, Carlstadius, Melanchthon, Ioan. Aegranus, & similes farina homines. Non auctiorē factam cōfessionē in Euangelio, Nouam esse clanculariā cōfessionē seu auricularē, & per mortifices excogitatā, & psychotyranos inuentā. Hanc ignorauerit primitiua ecclia Martyrū, latuerit florentē eccliam cōfessorū. Nihil de ea,

ecclesiæ proceres, ecclesiæ lumina dixerint Cyprianus, Origenes, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Ambrosius, Cyrillus, & alij summi Theologi antistites, qui eam minime attigerint, in qua iam Theologi & seminuerbij ferme solū uersent. Horū impudentiā, temeritatē, & errorē iam castigabimus, q̄ homines parū prouidi, oēm confessionē apud ueteres, ad publicam duntaxat uolunt referre pœnitentiā, & q̄d arbitrariē temere, nullum fuisse præceptū de cōfessione auriculari faciendā, nisi constitutionē concilij sub Innocen. 3. quæ incipit. Omnis utriusq̄ &c. Partē ergo catholicorū sequētes aduersus desertores & schismaticos ueritatē fidei tuebimur. Inītio ostēdāmus ex sacris literis inuitabiliter duci, sacramentū pœnitentiæ, q̄d præuiam habet auricularē confessionē, esse a Christo institutū, & peccatori, ut eius fiat particeps, præceptū. Et adduco uerba Christi Ioā. 20. Hæc cum dixisset (Iesus) insusflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctū, quorū remiseritis peccata remittunt̄ eis, & quorū retinueritis retenta sunt. Hic oīm iudicio data est apostolis & sacerdotibus eorū successoribus. potestas remittēdi peccata, q̄d certe eis primariæ non conuenit, cum hoc solius dei sit, sed quia ministeriū dei exercēt in soluendīs peccatis arbitrando, remittendo &c. Ita quod hoc sacramentum est quodāmodo iudiciale, in quo causa rei peccatoris examinātur. Sed quomodo posset arbitrari, quomodo posset sententiā absolutiōnis proferre, nō cognita causa, Iudex enim non potest pcedere sine cognitiōne causę. Si ergo sacerdos debet absoluere, debet cognoscere, sed non poterit cognoscere, maxime de occultis, nisi per propriā eius confessionē. Vides etiā quid sit cōfessariū ad uerba Christi, confessionē peccatoris esse necessariā, ut sacerdos utatur potestate sibi a Christo tradita. Ita q̄d ex collatione potestatis hic traditę sacerdotibus, peccator tenet se accusare coram eis, uelut iudicibus & arbitris.

Serpens qui est callidior Eua, similiter Luther cunctis animantibus terræ, nititur se euoluere, ex tam patenti ratione. Cum enim negare nequeat, hic sacramentū pœnitentię esse institutū, textus enim est clarior, q̄ quod ab hæretico cauillari possit. Hoc tamē querit diuerticulum, ut dicat bonā esse confessionē, & utilem sacerdotis absolutiōnem ex potestate hic ei tradita, sed nō esse præceptā cōfessionem, nec sit præceptū recipiendi huiusmodi pœnitentiā & absolutiōnem, quoniam etiā sacramentū extremæ unctiōnis sit institutū a CHRISTO, non tamē necessarium, ita homines sacrilegi, pœnitentię sacramentum, non necessarium facere uolunt. At illorum maliciā sic rotundatur. Nulla potestas iudiciaria committitur, nisi alicui imponatur necessitas submittendi se huic potestati, nam iudiciū etiam redditur in inuitū. Quomodo enim posset aliquis esse iudex illius, in

Ioan. 20. pro  
confessione.

Improbatur  
solutio.



cuius uoluntate est ab illo iudicari uel non iudicari, loquimur de reo, non de actore. Alioquin potestas plus esset apud illū potentē subire iudiciū, uel recusantē, quā apud iudicem, & hoc dicere, nullā profus habet rationē, cū iudicare nō respiciat uoluntatē rei, sed determinationē legis, æqui, & iusti. Et omnino sic dicere (ut faciūt diuersarij) esset irridere sacramentū pñiæ & potestatē sacerdotibus traditā. Si enī alicui reo diceret. Vis istū esse iudicē in hac causā, & is respōderet uolo, sed ferat iudiciū ad uoluntatē meam. At hoc nō potius esset irridere potestatē iudicis, q̄ amplecti. At potestas iudiciaria est cōmissa sacerdotibus, Itaq; erit aliquis subiectus huic iurisdictioni, ne illudatur & irrideat hęc cœlestis potestas, Et talis subiectus est ipse reus peccator. Et hanc rationē sic fundatā in Euangelio, tangit B. Augustinus & renarrat Gratianus de pñiā dif. capite, Agite. Agite inquit pñiam qualis agit in ecclia dei, ut p uobis ore ecclia, nemo dicat sibi occulte ago, apud deū ago, nouit deus qui mihi ignoscit, quę in corde ago. Ergo sine causa dictū est quę solueris in terra, erūt soluta & in cœlo. Ergo sine causa, clauēs datę sunt ecclisæ dei, frustramus Euangelium dei, frustramus uerbū Christi. Si promittimus uobis qđ ille negat, nonne uos decipimus. Vide hęceticos uelle frustrari Euangelium & uerbū CHRISTI. quando remissionē peccatorū sine arbitrio sacerdotis, & confessione oris; extra necessitatis articulū hoībus promittūt. Consentit huic rationi B. Gregorius, Super mi iudicij principatū sacerdotibus cōmissum; ut uice dei quibusdā peccata relaxet, alijs uero retineant. Porro ex Euangelio iam nouit, potestatē absoluenti sacerdotibus cōcessam a deo, & sacramentū pñiæ uelut efficacem remediū cōtra peccata institutū. Cum autē per peccatū, gratiam amiserit, quare non teneret ad eam recuperandā, iudicij sacerdotalis sęueritatē subire, cum teneat se diligere, & gratiā dei habere. Et hęc est causa, cur deus solū ostendit iudices a se constitutos, uelut medicos, & tñ non præceperit infirmis ut medicos adeant. Eo ipso enī quādo est aliq; infirmus, nō oportet huic præcipere, ut medicū adeat, sed satis erit ostendere medicū efficaciter sanantē, quā rationē tangit bñs Bernardus exactius, ad quē diligentē lectore remittimus. Et ratio ne tali confirmo. Ante omne ius humanū sup confessione emanatū, cōfessio fuit introducta. Itaq; nō poterit dici introducta iure humano, per pontifices & psychityrannos. Nam quocunq; iure humano super confessione emanato, ex dicendis inferius patebit, confessionē fuisse antiquiorē. Si enī assumis eam descendere ex cōstitutione concilij lateranenī, oīs utriusq; sexus, de pœni. & remis. sicut stulte credit Oecolampadius, falleris mirū in modū. Cum & Petrus longobardus, uulgo Magister sententiarū dictus, cum Gratiano authore de:

Augustinus  
Gratianus.

Gregorius.

Alia ratio p  
confessione.

Bernhardus  
Hugo.

Alia ratio.

Oecolāpad.  
Longobar.  
Gratianus.

creti antiquiores illo concilio, determinauerit confessionē oris neces-  
 sario faciendam sacerdoti. Nam conciliū illud sub Innocētio. 3. fuit  
 currenēte anno domini. 1210. cū iam uterq; ante. 50. ferme annos obij-  
 set. Taceo de reliquis doctoribus ecclesię. qui D. & Decc. annos illud  
 conciliū præcessere, quos inferius euocabimus. Neq; poterit hæreti-  
 cus quantūcūq; proteruus citare constitutionē humanā in qua pri-  
 mo cōfessio fuerit orta. Quare necessario refert ad institutionē Chri-  
 sti per Apostolos suos ecclesię traditā, non enī te poterit confugiū  
 istud defendere, quod paulatim hoīes essent ad confitendū inducti  
 nō enim est uerisimile, aliquid tam difficile (sicut est confessio clancu-  
 laria) nominibus fuisse de nouo inūctū, qd non fuisset relatū in scri-  
 pturam, & cū maxima deliberatione. Et indubie inuēti fuissent qui se  
 opposuissent, sicut ecclesia experta est in cœlibatu clericorū, in appro-  
 batione fratrum mendicantiū, sicut Panutius restitit in cōcilio Nicēno  
 ubi aliqui uolebant precipere, ne clerici, Episcopi &c. cū uxoribus dor-  
 mirent, quas ante ordinationē acceperant. Non loquebant tunc de  
 ordinatis, an possint ducere uxores, sicut modo Carlstadius & ipse  
 hēresiarcha cū quindecim annis & ultra in sacerdotio fuisset, propria  
 auctoritate uxore duxit, nuptias publice celebrando. Sic ergo cum  
 nullum ius humanū poterit dari, a quo inceperit confessio relinquen-  
 dum est ipsam incepisse iure diuino, Christo hoc ius ecclesię & Apo-  
 stolos docente.

Optima sur-  
 sio pro con-  
 fessione.

Carlstadius  
 uxoratus sa-  
 cerdos.

Suadetur confessio ex figura sacerdotij legalis, & potestas  
 clauium extollitur, ac in fine ex S. Iacobo con-  
 fessio probatur. C A P. X.

**R**oborantur propterea, quia cū patribus oīa in figura contin-  
 gebant, sequit̄ sacerdotiū legale figurā fuisse sacerdotij gratiæ,  
 ut pluribus locis Pauli ad Heb. colligit̄, & 1. Cor. 7. at sacerdos  
 ueteris legis habebat iudicare inter lepram et nō leprā corporeā sicut  
 patet Leui. 13. Homo in cuius cute ortus fuerit diuersus color &c. ad  
 duceat̄ ad Aaron sacerdotē uel ad unū quēlibet filiorū eius, q cū uide-  
 rit leprā &c. ca. seqn. locutusq; est dñs ad Moysen dicēs. Hic est ritus  
 leprosi, qñ mundā dus est, adduceat̄ ad sacerdotē. Et cōfirmavit hoc i  
 Deuteron. ca. 17. Et cōfirmavit Christus quoq; Matth. 8. dicēdo le-  
 proso, uide nemini dixeris, sed uade ostende te sacerdotibus, & offer  
 munus tuū, qd præcepit Moyses in testimoniū illis. Et Lucę. 17. decē  
 leprosis sanandis præcepit. Ite ostēdite uos sacerdotibus. Si ergo hæc  
 erat potestas sacerdotij legalis, & erat figura potestatis, quā habituri  
 erant sacerdotes Euangelici. Quę ergo erit huius figurę ueritas nisi  
 sicut est spiritale sacerdotiū euangelium, ita & leprā iudicet spiritale.

1. Corin. 7.

Leui. 13.

Deutero. 17.

Matth. 8.

Lucę. 17.

D 3

peccatū, leprofus ergo & immūdus q̄sq̄, adducat ad sacerdotē, q̄ iu-  
dicet inter leprā & nō leprā, hoc est inter peccatū & nō peccatū, inter  
obstinatū & pœnitētē. Et signatē aduerras mi lector formulā inducti-  
onis. Nō enī sic colligo, q̄si Chr̄us istis uerbis p̄ceperit cōfessionē. Itē  
& ostēdite uos sacerdotibus, qm̄ sic serpēs Leuiathan statim se excute-  
ret hoc esse legale, & uerū esset, at energia inductiōis nostrē in eo figit  
pedē, q̄d sacerdos legalis habuit iudiciū leprę corporeę, q̄re & sacer-  
dos Euāgelicus, q̄ est in sp̄ritu (nā uetus lex est l̄ra, noua est sp̄ritus)  
habet iudiciū leprę sp̄ritualis. Nōne stultus & uelanus tibi uidebit̄  
qui ianuā clausam sine clauibus ingredi uoluerit, & quō p̄tōr regnū  
cœleste p̄ peccata sua, clausum et seratū uult introire sine clauibus, q̄d  
facere p̄sumit, q̄s quis sine sacerdotū iudicio, q̄ clauēs p̄ eccl̄ia dei ac-  
ceperūt. Nullus ergo frustret̄ clauēs eccl̄ie, nullus aliūde intrare p̄-  
sumat nisi p̄ ianuā. Clauigero intēdat, ab eo ingressum petat et aditū,  
nā bñuolus erit & clemēs, q̄a hoc mādātū habet a dño, ut petēti sep̄i-  
us dimittat, nā accedēs Petrus ad lesum (q̄si iā p̄tōficij sui futuri p̄ci-  
us, formulā iudicij ei dare uoluit) dixit, Dñe, q̄ties in me peccabit f̄r-  
meus & dimittā ei, usq̄ septies (ecce cū interrogatione p̄feri sniam)  
at iam audi clemētis saluatoris respōsum Dicit illi Iesus, nō dico tibi  
usq̄ septies, sed usq̄ septuagesies septies. Nullus absoluit seip̄m, nul-  
lus sibi reserat ianuā, sed clauiger. Et hoc alta mente reuoluat catho-  
licus, maximā rem oportere esse, potestatē clauīa Christo tā sepe p̄-  
missam, & dein exhibitā. Nā primo Matth. 16. p̄mittit̄ Petro. Iesus  
dixit Petro, Ego dico tibi, q̄a tu es Petrus, & sup̄ hanc petrā ædifica-  
bo eccl̄iam meā, & portę inferi nō p̄ualebūt aduersus eam, & tibi  
dabo clauēs regni cœlorū, & q̄d cūq̄ ligaueris sup̄ terrā, erit ligatū  
& in cœlis, & q̄d cūq̄ solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Altius  
repete, qua attestatione uerborū ei clauēs p̄misit, q̄a ego tibi dico.  
Ego, quē confessus es filiū dei uiuū, q̄ sum uia, ueritas, & uita. Ego qui  
mētiri nescio dico tibi. Ego dico, cuius dicere est facere, cuius uerbo  
cœli firmati sunt, nō dubita & hoc me facturū, & potestatē tuā firma-  
turū, cœlū eccl̄ie. Nō timeas hæreticos, nihil terreat a schismaticis  
non cōcidas a tyrānis, portę inferi nō p̄ualebūt aduersus eccl̄iam  
meā. Et pro tuitiōne, p̄ nobilitate, & dominio illius, dabo tibi clauēs  
regni cœlorū, forte ignoras quantū donū tibi pollicear, & q̄ magnū  
